

II. De *Quadrupedibus Philippensibus Tractat. a Reverendo Georg. Jos. Camel. transmissus Jacobo Petiver, Pharmacop. & Societ. Regie Soc. Londini.*

i. Cercopithecus *Luzonis* minimus. GAZOPHYL. Natur. &c. Tab. 13. Fig. XI.

GAZ. NAT.
Tab. 13. Fig.
XI.

Magu vel Booot *Indorum*. Cercopithecus est *Luzonis* minimus. Magnitudinem quæ *Glyris* est, Icon exprimit, & communiter adhuc minor, & gracilior est. Facies Leonina; Oculi rubri, magni, rotundi ut *Noctue*, nunquam, aut rarò conniventes: Aures pellucidæ, depiles: Pilus Murium luteolus, aut aureolus: Gestulationes lepidæ ut *Simiæ*: Cauda, & Pedes posteriores longitudinis reliqui corporis: Rarò interdum aparet, hinc eum cœcutire putant. Progreditur ordinariâ saltando, & retrorsum, vel in obliquum velocius, quam antrosum. Narrant vivere Carbone &c, sed falsum est, cum *Ficu Indica* & alijs vescatur *Fructibus*. Incedens cum prole, quam ad ventrem. Plantæ volubilis *Pamago* funiculis alligatam fugientem gerit. *Pamago* verò *Indi* ad recidivas commendant.

2. Cato-Simius volans GAZOPH. NAT. Tab. 9. fig. 8. & Act. Philosoph. No 277. p. 1065. seu, S. B. 6. 1.

GAZ. NAT.
Tab. 9. Fig. 8.

Colago & *Cagvang* *Bysaiani*. *Gagua* *Pampangi* & *Tagali* vocant Cato-Simium volantem. Magnitudinis ordinariæ est *Felis*, formæ corporis *Simij*, sed gracilioris. A Capite in Caudam trium spithamarum longus, ad fæmora sesquispithamam latus, ad brachia duas spithamas latus, à pedibus posterioribus, ad pedes anteriores trium spithamarum, à pede anteriori dextro ad sinistrum trium pariter

spithamarum, a pede posteriori dextro ad sinistrum duarum spithamarum, Venter palmam latus, membranæ ad ventrem spithameæ. Verum invenitur ut affirmant in *Provincia Pampanga* magnitudinis, Sinensis, & portatilis umbraculi solis, seu latitudinis sex spithamarum. *Pilus* coloris subfuscè murini in dorso, quibusdam albis floccellis variegatus, suavissimus, qualis est *Pellis* Germanis *Fech* vocata, in corpore longior, in membranis brevior: Ad *ventrem* longior, & ex albo rufescens, in membranis verò brevior, ejusdem coloris rara, & mollis lanugo. A capite ad brachia à brachijs ad pedes, à pedibus ad caudam usque latæ expanduntur membranæ, quibus expansis gravi volatu, non nisi ex summo unius arboris, in alterius caudicis medium transfertur, ubi dein volatu interpolari saltuatim summum petit. *Faciem* habet *Simia*, aures rotundas planas, pilis carentes, in quovis pedum anteriorum & posteriorum quinos compressos, Leoninos & acutissimè hamatos ungues. *Pellis* quam transmitto *Maris* erat, *Famella* ad Ventrem binos habet quavis facculos, in quibus satuli ubera fugientes hærent. Quibus vescatur ignotum, probabile est fructibus vivere, cum communiter in arboribus degat.

3. Cabug vel Panicqui. *Vespertilio* est magnitudinis *Galinae*, vescus. Orgyæ unius ab explicato alæ sine ad alterum invenit, *Petrus de S. Buenaventura*.

4. Cabugcabug s. Cabag vel Talibata. *Vespertilio* est parvus, ordinarius.

5. Colalapnit s. Calapnit. *Vespertilio* est communis, sed cristatus & duplicatis auribus.

6. Cornu *Rhinocerotis*, Hispan. *Cuerno de Abada*, *Unicornio*, & *Licornio*, Indis *Sinis* Sayguka. Affertur de *Siam* & *India*, majus & repandum seu recurvum, ex nare affervo albidum, cubitale ad imum spithamæ latum, ad medium diametri sesquispithamei, solidum & ponderosissimum. *Alia* parva & *Sina* afferuntur quæ sunt ex dorso gibbæ. *Annulos* ex Cornu, & *ungula* contra aeris

commendant contagium, ut illos ex cauda *Testudinis Marinae*, & *Dumbaga*, *Nucem Vomica* & *Asam fetidam*. Ungulam, Sanguinem & Pellem ad Febres, Astma & Epilepsiam laudant.

7. *Bubalus Luzon*. *Indis* Avang, *Sinis* suygu i. e. *Vacca aquatica Hispan*. Carabao.

Vox tenuis, quâ potius balat, quam mugit: *Pilus* paucus, rarus, brevis, cinereo-terreus: *Corpus Buffalo Ungarico* compar: *Cornua* ingentia, non teretia, sed subplana, undatim aspera, coloris nativi, lateratim expansa, quandoq; ab extremo unius ad alterius sesquiorgyialia: *Cauda* brevis & forè depilis: *Domesticus* & *Sylvester*, qui ferocissimus magis nigricans & pilosus. *Carne* vescuntur utriusque *Sine*, *Indi*, *Æthiopes*. *Calidissimum* est *Animal*, temporis plus sub aqua, aut luto sepultum jacere gaudens, quam subdio vagari. Inimicitia gerit *Crocodilo* quem non formidat. *Cinera Cornuum* Sp. *Vino* subactò, utuntur *Indi* pro contrectatione spasmo correptorum.

8. *Gadia* s. *Garia*. *Elephas*. Abundat ijs *Insula Iolò*.

9. *Amo*, *Cercopitbeci barbati*, *Hispan*. *Sambos*. Magnitudine *Pueri* decennis, *Indis* resistentes. *Puellas* & *Indas* adultas infestantes. *Visus* est *Mindanaï* duobus pedibus insistens *Homine* altior.

10. *Baculao*. *Cercopithecus Magnitudinis Canis*.

11. *Mananir*. *Cercopithecus Magnus*, *Canibus* resistens.

12. *Mufang*, *Dinirisan*, *Dingalong* & *Singarong* est *Catus Zibethinus*. Non gerit *Zibethum* in *Vesicula* conclusum ut *J. Schroder*, asserit, sed in concavitate, aut rima medium duarum viarum occupante. Ultra *zij*. una vice nunquam eximitur, si bene curetur, a maturis *Palantinis* & *Piscibus* abundanter faginetur, quavis tertia die *zi* *Zibethi* dare solet. Verùm hujates *Indi* labori supersedentes, *Catos* decipulis captos communiter interrimunt, ut *Zibethum* colligant. *Zibethum* rancidum aut corruptum *Succo Limoniorum* & *Sale* lotum, soliq; expositum restituitur. Invenitur in *Cato Zibethino* species *Lapidis Bezoar*. *Zibethum Diris* vocant.

13. Lampog. *Catus* est ferus, Sylvester & Montanus.

14. Cachori vocant Moschi Animal in Igbabao. Moschum *Castoli*. Moschi animal *Fele* minus, pilo duriore quasi setaceo subruffo aut subfuscò. Corpus longiusculum, protensam Caput, Aures *Murina*: Locus Moschi medius Venter, ubi congeritur in Excrefcentia Ovi *Columbini* magnitudinis, nunc aut interijt ob reiteratas pluviarum creberrimarum inundationes, aut non facile reperitur ob sylvescentium montium inaccessibiles recessus.

15. Alalacfin. *Sciurus* est *Luzonis*, Europæo minor, vivissimus, coloris aureoli, quandoq; albissimi, cicuratur, *Glyrium* & *Murium* inimicissimus.

16. Cervos *Luzonis* nemora alunt plurimos, & inter hos totaliter albos, habet & albos *Cercopithecus*, *Sciuros*, *Psytaeos* & *Testudines marinas albas*. Cervos & *Aves Calaos* (vid. Fig. 6. Tab. 28. GAZ. NAT.) Insula *Zebu* non alit, & si inferantur emoriuntur. Cervos ex albo & subruffo eleganter picturatos mittit *Insula Iolo*; Cervos *unicornes* reperiri afferunt necdum vidi, quamvis *Corniculum* ex horum uno, dono oblatum affervem.

Lapidem ex Corde *Cervi* habui, quem *D. Wilhelmo ten Rhine* cum aliis *Kamilliis* misit. *Lapidus Bezoartici* passim eximuntur, sed nullius pretii, aut effectus in Medicina.

17. Bot. *Luzonis*, vel *Mongus*, in India *Bicho* de Palma, *Bicho* de Pulo Condore & *Chani* est C. Clusii Exot. p. 112. Fig. ex quo *Nirembergius* pingit p. 172. c. 32. *Mustela* Africana, *Sciuri* species.

18. Cocle. *Mus* est *Aranens*. Moschum redolens.

19. Daga. *Mus* domesticus.

20. *Mus* *Campestris*.

21. *Mus* *Montanus*, *Manharag* magnitudinis *Nephrendis*, vescus.

22. Cavat. *Musculus* minimus, *Spicas Orizæ* arridens; nec culmos frangens.

23. *Glires* domestici & montani.

24. Vilic. *Talpa*. Hisp. *Topo*.

25. Ababa. *Aper* brevipes.

26. *Porci*

GAZ. NAT.
Tab. 28.
Fig. 6.

Clus. Exot.
p. 112. Nic-
sembr. 172.
c. 32.

26. *Porci* item species pigmæi, feri, cursu velocissimi.

27. Bayong s. Pagil. *Aper montanus*.

28. Babuy. *Sus domestica*.

Lapides *Porcis* exemptos asservo.

29. Ex *Vesica*. Pendentem 3i & 3v, coloris cinereo pallidi, constantem ex Lamellis. Pellit Urinam & Calculum.

30. Ex *Auxungia*. Sphærico-compressum, durisculum exalbidum, *Usus* ut fabulantur ad bonum Corpori habitum.

31. Ex *Hepate*, coloris ruffi, plano-inaequalem biunciale.

32. *Ægagropilum* Indis *Anbal*, ferme pugno compaerem; interne coloris Cinamomei, deforis quibusdam in partibus nigro, perpolito & cutaco tectum cortice, Odoris *Cyperini* quo in *Luzone* plerumq; pascuntur ut *Nuce Moschata*. Valet ad *Menses*, *Partum*, *Iochia* & *Urinas* cienda.

32. *Anvang*. *Buffalos* hujas, *Carabao* *Hisp*. *Corei* loti, siccati & pulverisati, pulvis nobile incrassans in *Diarrhea* & *Dysenteria*.

34. *Bulithos Vacinos*, magnitudine *Avellanarum* asservo 15, candidi sunt & filicini ex Sphærico lacunati & ut *Bezoartici* laminulati. *J. Alzina* refert habuisse, *Dulaci* & *Bezoar* modo sudorem provocasse. *Ægagropilas* majores plures habui.

35. *Lapides Bezoartici Mexicani* eximantur ex *Cervis*, prouti & *Campesani* ubi *Contrayerva* abundat. *Peruvianæ* ex *Vicunnis*, *Qyanaco* & *Alce* ubi pariter *Contrayerva* invenitur. *Persici* seu *Indici Goncoldani* ex *Cercopithecis* & *Capris*. Ex *Capris* leves sunt sine nitore friabiles, coloris in viridem tendentis, saporis amari, formæ ovalis, magnitudinis variæ, constantes ex laminulis, minus læves aut polita. His mihi imposuerunt A. D. 1697. eos pro *Cercopithecorum* dividendentes. Emeram No 144. pendentibus omnes simul 361. Unciam 14. *Regalibus* argenteis *Hispanis*, erant autem omnes integri & ex his 12. Ovo *Falstnaceo* aut pares aut majores. 30 *Columbino* ovo majores. 48 ovo *Columbino* pare. 50 ovo *Columb.* minores. 12. *Nuce*

Avcl.

Avellane majores. Ex *Cercopitbecis* nitidè perpoliti sunt, magis compacti, lapidei, & ponderosi quam sint *Caprearum*; constantes ex laminulis, subamari, coloris cinereè, vel viridiusculè, vel fuscè virentis, ex his dein *emeram* 323. *Unciam* 2 *Imperialibus* erant autem No 33. Magnitudinis ovi *Gallinacei* 4. Ovo *Columbino* majores 6. Ovo *Columb.* pares 4. *Oliva* supares 5. *Oliva* minores 11. *Teres* pollicem crassi, biunciam & sesquiunciam longi 3. Horum 5i. *Macai* venditur 6 *Imperial.* *Goe* 3 *Imper.* & dimidio. *Meliapori* 7 vel 8 *Imp.* quorum 6 s. 7 unam pendet 3. *Fragmentorum* vero 3 *Imperial* 2. De reliquo pro magnitudine crescit *Æstimatio* & *Pretium*.

36. *Mexicani* & *Luzonici* coloris sunt dilutè terrei, & saporis nullius vix alicujus in *Medicina* effectus boni; Et hos *Officina* *Occidentales* vocant.

37. *Peruviani*, Coloris sunt ex viridi nigricantis, & hos *Orientalis* vocant.

38. *Indi* & *Mauritani* *Lapides Bezoarticos* generari narrant ex repletionè & pabuli indigestione. Et sane factibile est, ut ex indigestione multum tenacis ac viscosæ procreetur mucilaginis, & superveniente Sanguinis effervescencia, prædicta mucago violenter decocta, non solum magis ac magis glutinosa evadat, incrassetur ac inspissetur, sed & accidente aliquo sale petrificante & insolubilibus ac indigestibilibus (ut sunt *Fructuum* officula, *Lapilli*, *Lignorum* *Fragmenta*, argillacea, fibrorum herbarum, radicum corticum tormentum) implicata, impacta ac superinducta in *Lapides* usque indurefcendo abeat. Nec improbable, tunc malè affecta *Animalia* ex instinctu naturali, plantas depascere amaras, & una cum his *Contrayervam* & similia *Alexipharmica*, ita ut ex horum succo, tenaci illa viscositati commixto, *Lapidi Bezoartico* resultet, color subviridis, sapor amaricans & virtus *Alexipharmica*. Hinc *Lapides* ii qui in *Animalibus* *Tabe* consumptis, aut ut ferunt repletionè extinctis reperiuntur, plerumq; majores, aut si parvi numerosi sunt, nec non cæteris efficaciores censuntur.

Ita

Ita in *Provincia* fontora *Mexici*, in *Cervo* emortuo *Lucas Valentinus* Lapidem invenit 3v pendentem, qui 530 *Imper.* æstimatus fuit.

39. In *Jucataz*, Hispanus in *Cervo* tabe consumpto invenit 60 lapides, fermè omnes æquales, magnitudinis *Nucis Avellanae*. In Lapidibus contractis, Golcondanis ex *Capris* & *Cercopithecis* inveni: Ex tomentosis filamentis compactum globulum, odoris suavis, subruffum fibroso-tomentosum globum, saporis aciduli; Pulveri impactas Radicum fibrillas. Oblonga Lignorum, Corticum & fructuum aut foliorum pediculorum frustella. Lapidès nigros, ruffos, cinereos, duros & friabiles. Terræ argillaceæ rubentis & nativæ fragmina. Semen ni fallor *Viticis*. Semen trifore magnitudine *Ciceris* nucleo-putrente acido. Nucleum offe *Tamarindorum* potiozem. Os ferme unciale, nucleo *Dactylorum* simile, unifore, oleo scatens, in aliis pulveres varios.

40. *Valesius* ab *Arziniega*, *Bezohar* vocat legitimos in animalium ventriculis (*Hisp.* *Tripon*, *Quaxo* & *Buche*) inventos. 2 *Lachrymas Cervi*. 3. *Fictitios*, quos necdum vidi præter *Nichalao Manuchianos*, formæ variæ quos fragmentis componit, includendo integrum minorem, sed facile distinguuntur, quia non sunt laminulati. Alios idem componit globosos, sigillatos, ex variis *Cordialibus* & *Cordiales* vocat. Alii deferuntur *Goâ*, ovales *Gaspar Antoniani*, pariter ex variis rebus compilati. An Lapidès de *Goa Georgivi Batai*? Illi verò an ejusdem *Batai* Lapidès *Contrayervæ*.

41. *Hystrix*, Indis *Balatnamatinie*. Reperitur in *Provincia Caraga* magnitudinis *Porcelli* octomestris. Ex hac eximitur *Lapis Porcinus*, seu *Hystericus Malacensis*, *Hisp.* *Pieda de Puerco Spin.* *Ægagropilus* potius quam *Lapis* dicendus, constat enim ex tomento, fibrillis & materia friabili, subruffa amaricante & deforis quibusdam in partibus, cutaceis & subnigris quasi unguibus coopertus, ut in tribus quos vidi observavi. Nec laminulatus aut tunicatus neq; ponderosus, aut politus est ut *Bezoar*, sed levis & asperiusculus ut *Ægagropila*.

42. *Lapidem Hystericum Malacensem* vidi dein alium, ponderis 3v. emptum 150 *Imperial.* apretiatum vero 500 *Imper.* Orbicularis erat, læviusculus, coloris *Carneoli* pallescentis, quasi pellucidus, substantiæ solubilis, ad tactum linguæ mox acriusculè & summe amaricans. Hic *legitimus* esse videtur, de quibus (ut supra) Anno tibi scripsi elapso, aut adulterini aut *Ægagropile.*

43. *Hyæna* Luzonis non odorata, seu *Leptensium* Sari-mao, *Animal* est Putorio compar, & majus, sed dentibus instructum validissimis, longioribus & aduncis: His & unguibus *Apri*, aut *Damulæ* dorso sese tenacissime affigit, ibidemq; pertinaciter persistit, donec usq; *Aper* cursu lassatus, & doloris molestia defatigatus succumbat & pereat, & tunc vorat ad saturitatem. *Dentes Sarimao* quandoq; in *Apri* aut *Damulæ* dorso defixa reperiuntur, scilicet cum fortuito casu *Sirimao* relictis dentibus excutitur. Hos *Indi* superstitiose æstimare solent.

44. Lac vig *Bobolanorum.* Speciem esse referunt *Lupi* ferocis, magnitudinis *Vituli*, *Hominibus* & *Animalibus* infesti. An Coyote *Mexicanorum.*

45. *Mustela Hisp.* Comadreja *German.* Wiesele.

46. *Mustela* sylvest. *Viverra*, s. *Furunculus.* *Hisp.* *Huron.* Germ. *Hamester.*

47. Putorius. *Hisp.* Guardunna. Germ. *Istefel.*

48. *Mures* quos in *Insula Mindoro* ex arborum computrescentibus foliis oriri ferunt, affirmant qui curiosè investigavère, non ex arborum foliis, sed ex *Arundinis vallatoriae* speciei, fructibus generari.

49: Alamid T. Lamiran P. Miro s. Milo *Bys* Cacomittle *Mex.* Species est *Martis*, coloris minùs fulvi quam sit *Europææ*, magnitudinis *Felis*, Os productum, Pedes breves, Cauda *Cati Zibetini* hujatis, sed longior. Vescitur, *Insectis*, *Muribus*, *Avibus*, quas intuitu examinare ferunt, *Gallinis*, *Fructibus* & *Pane.* Facile Cicur evadit, vorax est & inquietissimum.